



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

VII. Pœnitentia & mortificatio carnis accomodatissima & primaria est contra hanc tentationem medicina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

CATV P VII.

Pœnitentia & mortificatio carnis accommodatissima & primaria est contra hanc tentationem medicina.

7. Et primum remedium est, carnis mortificatio. apist ad Iuriam. Hieron in vita eius.

B Hieronymus sic scribit. *Ardentes* *odiaboli sagitta*, ieiuniorum & vigiliarum rigore extinguendæ sunt, & inordinati carnis motus & appetitus pœnitentiis adhibitis & asperitatibus edomandi. Quod ipse etiam opere præstabat. Sic & S. Hilariion referente eodem S. Hieronymo cum à titillationibus carnalibus, sedisque cogitationibus infestaretur, sic corpus suum compellabat. Equidem, asine, efficiam, vt ne recalcitres auenam quiq; lasciuia occasionem tibi subtraham, non nisi paleis te pacem, fame sitique conficiam, grauibus onetibus opprimam, calore & frigore macerabo, vt de cibo habendo potius, quam de lasciuendo cogires. Hoc genus remedij, tum & à sanctis Patribus maximopere commendari, tum à Dei seruis semper usurpari solet, etsi alioquin illicitos in carne motus & conflictus non experirentur.

Non nemo, vt in Frânciscanis annalibus scribitur, à quodam viro sancto quaesiuir, cur Ioannes Baptista, iam inde à matris utero sanctificatus, in deserto se contulerit, tantaq; ibidè asperitate in corpus suum, vt in Evangelio de eo scriptum est, animaduertit? qui vicissim ab eo petiit, cur caro etiam recens & bona, saliretur? Respondit alter, vt melius conseruetur & non corrumpatur. Ad hunc ergo modum, inquit, Ioannes Baptista asperitatis sale se saliuir, quo eius sanctitas melius amoris corruptionis expers, conseruaretur, vt de eo canit Ecclesiis. *Ne leuis silem maculare vitam fame posses.* Si ergo etiam antequam hæc tentationes sentiantur, atque in tempore pacis, hocce feueritatis ac morti-

ficacionum exercitium usurpari cõuenit, quanto magis tempore belli ipsum adhiberi par erit? Hic castitatem ait D. Thom. Aristotelem secutus, à castigatione dici, q̄ ipsa corporis castigatione vitium contrarium refrenandum sit, additq; inhonestatis vitia, seu pueros esse, qui quod ratione prudentiaque careant, virgis coercendi sunt.

At, quid si ex hac corporis castigatione quædam sequatur debilitas, languor, ac valetudinis corporalis detrimentum? Ad hanc obiectionem responderet, sed alio in loco, Hieronymus. *Melissus est, dicens eu stomachum dolere, quam mentem.* Satius quod est præ infirmitate pedes claudicare ac tremere, quam vt vacillet castitas: tamen si in omnibus & semper ipsa adhibenda sit discretio. Atq; idè omnia hæc secundum vniuersitatisque vires, tentationis, & periculi magnitudinem commensuranda sunt.

Quia aliud est tentationem tam vehementem pati, vt castitatis amittendæ periculo hominem exponat: ac tum quidem cuiusque discernimur corpus exponendum & obiciendum est, quo anima viuat & salutem consequatur, iuxta illud medicorum definitum *Extremis morbis extrema & exquisita sunt adhibenda remedia.* Sicut enim quando morbus mortalis est, & homo in præsentissimo vitæ perdendæ discrimine versatur, extraordinariæ usurpandæ curationes, & extrema tentanda sunt: pari modo in tentationibus & spiritalibus infirmitatibus, cum eæ vehementes sunt, vsu venire debet. Aliud vero est, non nisi cum mediocri tentatione, cuius tantum periculum non est, & ad quam vincendam tam acris contentio non requiritur, decertare. Notant vero hic vitæ spiritalis magistri, hæc carnis tentationes interdum quidem ab ipsa carne enasci, & à corpore deinde in animam redundare: vt sit in iuuenibus, ijsque qui bona validaque corporis constitutione ac valetudine sunt, carnemque suam delicate habent. Actum quidem perutile fuerit, illud eij remedium adhibere, quod ante dictum est, & carnem macerare, cum in ea ipsa mali radix sit. Alias ab anima eas, demonis

suggere-

suggestione, ortum habere, & ab anima deinde redundare in corpus, quod tū contingere colligitur, dum magis cum tentationibus & fœdis imaginibus homo, quam cum turpibus sensibus & motibus corporis confligit: si autem nec illi deesse cōperiuntur, non inde est quod tentatio ab iis incipiat, sed quid à cogitationibus incipiendo, sensus hi & motus in carnem deforis resulent: atq; hæc etsi subinde valde flaccida, debilis, ac velut mortua sit, in honeste tamen cogitationes viuacissimæ sunt: prout S Hieronymo factū, vti de seipso cōmémorat. quamuis n. corpore esset euigorato, exhausto, & intensis rigoribus & asperitatibus quas assidue vsurpabat, pene mortuos nihilominus se lasciuis puellarū Romanarū choreis, ac pluribus subinde putabat perimaginationem interesse. Ex alio præterea signo id colligere est, scilicet quod valde importunè se ingerant, quādo nimirum id minus homo vult, ac minus ad hoc occasionem habet: nullū quoq; temporis aut loci respectū habeat, insinuantes se tū, cum & incumbit orationi, & tremendo sacrificio missæ interest, vt nec locis abstineat sacris, quib; tamen homo quantumlibet scelestus, & improbus, de ferre respectum ac reuerentiā solet, & vbi isthæc cogitare veretur. Interdum quoq; tam extravagantes & tales hæc cogitationes sunt, vt nihil penitus homo vel audierit, vel sciuerit, vel cogitarit eorum, quæ sibi suggeruntur. E violentia autem, quæ veniunt, & rebus quas introrsum audit, haud difficulter homo percipit eas, non tam à se, quam ab alio dici & fieri. Omnia hæc euidentissima signa & indicia sunt, hoc non nisi dæmone motore & inuentore contingere, non autē à carne, phisici, etsi in ea cōtingant. Vnde tunc plane alia adhibenda remedia sunt. Nihil autem ad hoc ex omnium sententia melius, quam bonæ alicui laudabilisq; occupationi intendere, quæ hominem ita exerceat, sollicitū habeat, & labore distineat, vt sordidarum harum imaginationū hoc pacto obliuiscatur. Et hoc sine S Hierony. vti id ipse de se scribit, linguæ hebrææ ad discendā, magno cum labore, etsi non sine

fructu incubuit. Idem ipse Hieron. de Monacho quodam iuvene, natione Græco, in Ægypto cōmorante, & à carnalibus hisce tentationibus grauiter diuexato, scribit, eum, tametsi frequēter ieiunaret, magnasque pœnitentias subiret, nihilominus hæc à se vexationem abigere non potuisse: hoc autem ei sanando curandoq; à Superiore medium vsurpatum fuisse. Cuidam de antiquissimis monachis, natura terrico, graui & seuero mandat, vt iuuenē hunc identidem exagitaret, obiurgaret, & verbis asperis cōtumeliosisq; reprehenderet, eumque cum verbis pessime accepisset, postea est ad Superiorem prior eū deferret, & accusaret quasi, iniuria ab illo monacho affectus esset. Senex egregie personam hanc egit: nam ad singula propè momenta, vndique occasionem eius seuerè reprehendendi capere at; præterea apud Superiorem eum insimulabat: qn & testes ad hoc subornatos & præmonitos habebat, qui iuuenem hunc monachum seni immorigerum & inobsequentem esse testarentur. Illum ergo Superior acriter reprehendebat, in eumq; quasi grauioris culpæ reum & pro meritum, seueris modis animali, vertebat. Quotidianum id ei erat: vnde cum ita male se haberi, in super falsa contra se testimonia p̄cudi cerneret, valde animo affligebatur. In tristitia oppressus, identidem cum lacrymis in cella ad Dominū cæli clamabat, sui curam vt susciperet, suum patronū ageret, quod omni patrocínio ac fauore humano se destitutum videret. Omnes quippe vni illi aduersabantur, nihilq; in domo mali à quopiam cōmittebatur, aut peccabatur. qn id capiti eius affingeretur, qn etiam mox duo tresve monachi ad hoc suppositi contra eum innocuum, deponerent testimoniū, vnde reprehensiones & castigationes, in caput eius velut pluuie videbantur. Annū integrū hoc in statu exegit: quo exacto petiit ab eo monachus quispiā, quomodo carnis tentationes se haberent? Cui ille. *Si uere mihi nō licet. q̄ fornicari licēbit? nulla dum tentationis huius mihi superest memoria.* Hoc ergo modo eum pater spiritualis ab hac carnis circulatione curauit.

Epist. 4. ad Ruf. Monach.

Bona occupatio iuuuat ad tentationes superandas.

curauit, ac labore maiori ablatus est minor. Addit autem loco S. Hierony. in laudem religionis, si ille fuisset solus, quis ei in tentatione hac superanda auxilio fuisset? In ipsa quoque monachorum regula, inter alias rationes, quas sanctus ille vir adfert ad probandum, quam sit in religione & sub obedientiae iugo, & communitate conueniens, viuere, est hac: *Ut non facias quod vis, comedas quod iuberis, vestiare quod acceperis, & operis tui pensum persoluas. Lassus ad stratum venias, necdum expleto somno surgere compellaris* itaque sibi inuicem succedentibus exercitijs, sic iis quae à Superiore iniuncta sunt occuperis & distinearis, ut nullus tentationibus admittendis locus sit reliquus, nec tempus alijs rebus, quam quae tibi ex officio faciendae & praescriptae sunt, cogitandis suppetat. Vtu se & experientia didicisse dicebat. S. Francisc. aspiciente, rigore, feueritateque, daemones terreri, & in fugam agi. acriter vero continenterque impetere & tentare eos, qui delicatam mollemque vitam ducerent. Idem quoque discipulis suis proposuisse Abbatem Antonium, testis est S. Athan. *Mihi credite fratres, impetere & tentare eos, qui delicatam mollemque vitam ducerent. Idem quoque discipulis suis proposuisse Abbatem Antonium, testis est S. Athan. Mihi credite fratres, perimescit fatinas piorum, vigilas orationes, ieiunia, voluntaria paupertate.* Adfert ad hoc propositum S. Ambrosius illud Prophetarum: *Operus in ieiunio animam meam, & posus vestimentum meum cilicium.* Haec, inquit, egregia est armatura, & validissima aduersus inimici huius violentiam panoplia. Huc quoque spectat doctrina, quam Christus Dominus nobis dedit, dum spiritum illum immundum, quem discipuli pellere non potuerant, sua ipse potentia eiecit: *Hoc genus, inquit, demoniorum in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio.* Adit porro ad orationem, penitentiam, & ieiunium, velut conuenientissimam ad hoc demoniorum genus effugandum, rationem. Ac proinde cum huiusmodi tentationibus exagitabimur, satis nobis esse non debet ad orationem interdum recurrere, aut actus & proposita tentationi contraria concipere, verum etiam peculiari quodam modo in corporalibus penitentiae & mortificationis operibus nos exercemus oportet, idque semper ex Co-

lessarij vel Superioris consilio, directione, & in omnibus securius procedamus.

Religiosus quidam, ab hac tentatione mirum in modum oppugnatus, F. Aegid. rogauit, quo illam remedio abigenda censeret. Respondit vir sanctus. Quid faceres, frater, si te quis canis mordere vellet? acceperem, inquit, saxo vel fuste, eum tam diu percurrem, donec à me recederet. Pari modo faciebat Aegid. cum carne tua te mordere & impetere cupiente: & haec à te fugiet tentatio. Tam salutare porro hoc remedium est, ut non nunquam qualis qualis labor, afflictio & dolor, etiam per exiguum isthanc vexationem auertat & auferat: quae brachia in modum crucifixi distendere, genua flexere, pedes tundere, verbera tergo, infligere, carnem vngue compungere, crimen vellicare, vno pede aliquantisper subsistere, aut alia id genus.

In vita S. Andreae Apostoli legitur senem quendam, Nicol. nomine, ad Andream tunc Corinthi agentem venisse ac dixisse, septuaginta & quatuor anni sunt, ex quo turpiter & lasciuie vixi, plenas inordinatis appetitiuis habenas laxando, & omnigenis me libidibus tradendo: cumque haud ita pridem lupanar publicum, ad Neum essendum, habito peres me Euangelio, ad Iesum, quaedam de mulierculis illis perditum, qui cum peccare statueram, vultu perterrita & stupens, à se abegit me, rogans ne se tangerem, neve loco, in qua ipse est, proprius accederem, quod mirabilia & mysterio plena in me videret. Exinde Nicol. illi à S. Andr. petiisse, ut sibi aliquando in magna hac tua infirmitate, & inueterata carnalitate peccandi consuetudine auxilium suggereret. Andream deinde seruentem orationi inflituisse, & quinquaginta ieiunasse, Dominum rogando, ut priora misero huic senecioni delicta ignosceret, donumque castitatis concederet. Quinq; dieb. iam elapsis, & Apostolo nihilominus in oratione perseverante, vox ad eum de caelo facta est, dicens: Concedo tibi, quod seni à me dari postulas: at sicut tu pro eo ieiunasti, volo, ut & ipse tibi abstinere, seque affligat, si saluari velit. Suadet ergo Nicolao Apostolus, ut ieiunio carnem mace-

Regul. monach. quam & scriptis hier. collegit Lupus de Olineto c. 2.

1. p. l. c. 21 Chron. Minorum.

S. Antonij consilium infugandis tentationibus. In epist. scripta in Concl. Tolens ad Papam Siriacum. Psalm. 68.

S. Aegidij 1. p. l. c. 21 Chron. Minorum.

Tom. 1. Lib. 33. 17.

De Nicolao quodam, qui ieiunio quinquaginta permescit.

Lib. 10. c. 38. Remedio est illud huius.

ret, Christianis quoq; omnibus indicit, vt pro eo Dominum precarentur, diuinamq; misericordiam exposcerent Ita porro plene eorum postulata audiit. Deus, vt Nicolaus domum reuerfus, quiddam facultatū habebat in egenos distribuere, magna que carnem suam asperitate emacerarit, toto semestri non nisi panem aridum comedens, & pauxillum aquæ bibens. Qua poenitentia expleta, ex hac vita senex emigravit, & salute donatus est æterna, vt S. Andreas, qui tunc temporis casu inde aberat, cœlitus fuit reuelatus. In præto spirituali monachus quidam tentatus, vnum de senioribus. itur adusse, petiiff. que. Quid faciam, Abba ga ferre nequeo tentationes, à quibus imperor? cui senex: At e quidem nunquam ad id genus tentationibus diuexatus fui. Quo audito monachus scandalizatus & offensus, alium de sanioribus Patribus accessit, dixitq;. Talis se Abbas nunquam vllis cogitationibus illicitis impetum fuisse dixit: quod audiens ego, non mediocriter offensus, quasi audita re, quæ naturā humanam transcendat. Tum Pater, non sine causa, fili, vir ille Dei hæc tibi dixit: quare iterum eum adii, causamq;, cur ita tibi locutus sit, aperiet. Rediit ergo eodem Monachus dicens, ignoscas mihi, obsecro Pater, quod nuper insalutato te, nec dicto vale, tam stolidè à te recessi: rogo itaque mihi dicas, quo sic modo, vt minime oppugneris? Respondit senex, Ex quo Monachus factus sum, nunquam panem, aquam, somnum ad facietatem capii, & per hanc abstinentiam factum est, nullum vt mihi cum inhonestis cogitationibus, de quibus mecum agebas, fuerit certamen.

CAPVT VIII.

De aliis contra carnales, turpesque cogitationes remedium.

Lib. 10. Moralium 38. Remedium est Humilitas.

S. Papa Greg. nonnunquam ait tentationes inhonestas, & quod à carnalibus cogitationibus & motibus sensualibus quis exagitetur, inordinatæ vitæ prioris vestigia, & velut reliquias, nec non libertatis licen-

tia ac prauæ inueteratæ consuetudinis pœnam esse & castigationem, ac tum quidem ignem illum pristinum, non nisi lacrymis extinguendum videri lasciuiam præteritam incessanter irremediabiliterque deplorando S. Bonauent. singulare quoddam in tentationibus remedium esse censet, quod quis se afflictione & labore illo dignum ducat, illam castigationem & flagellum se ob culpam & præteritam licentiam satis pœmeruisse agnoscat, ipsamque magna cum humilitate & patientia suscipiat, cum fratribus. *os. ph. dicendo. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.* Hoc Gen. 42. 21. quippe modo, inquit, Bonauent. & citius placabitur Deus, & tentatio ei non nisi in bonum, & prouentum spiritus, conuertetur. Dum enim quis se castigatione & flagello immisso dignum æstimat, solent piissima illa & affluosissima Dei elementissimi viscera mire ad misericordiam prouocari. Vnde etiam legimus filios Israel castigatos hoc identidem medium vsurpare consueuisse, vt sic Deum cœli ad misericordiam faciendam excitarent, sibi que propitium redderet. Medium apprime ad diuinam gratiam & opem impetrandam, victoriam de aduersariis nostris in omnibus tentamentis, ac specialiter in his referendam, illisque debellatis triumphum agendum, efficax est, si nobis ipsis plane confidentes, omnem in Deo fiduciam ponamus. De qua re & alio in loco egimus pluribus, & postea, vbi de Dei timore, dicendi locus erit, acturi sumus. Hoc tantum in præsens dixisse sufficiat, humilitatem singulare esse contra omnigenas tentationes remedium. Notissimum porro est, quid B. Antonio, quoad hoc, cœlitus fuerit responsum. Cum enim is in spiritu mundum laqueis & pedicis plenissimum cerne- ret, exclamauit cum lacrymis. Quis Domino effugiet? Vox autem ad eum facta, dice- ens *Humilis*, Esto igitur tu humilis, & ab hisce te laqueis & tentationibus Dominus eripiet, *Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum & liberatus me.* Summi quidem montes fluminis telis & tempe- statibus impetuntur, arbores procerior- ret à

Process. 4.
relig. 6. 13.

Gen. 42. 21

Dan. 3. 28.

Dan. 5.

p. 2. tract. 3.
c. 35. 6. tra.
4. c. 15.

Psal. 114. 6.